

causa est, læsa facultas tertiae concoctionis in  
 Vtero: quæ sanguinem à iecore oblatum,  
 non ritè sibi assimilat, sed in serum & san-  
 guinem conuertit. Accedit subinde iecoris læ-  
 sa sanguificatio, vt nec hæc probum sangui-  
 nem producat. Ex quo principio diuersa sym-  
 ptomata, secundùm magis & minus inter se  
 discrepantia emergunt. Sæuior enim is hy-  
 drops vteri est, quem iecoris & vteri duplica-  
 ta intemperies procreat: mitior, qui solius  
 vteri vitio contingit. Quòd si ergo conci-  
 pit mulier, vterumque gerit, si duo viscera  
 vitium faciant, nullum est mitum, infantem  
 sæpiùs nonnunquam & matrem ex Hippo-  
 cratis sententia pessum ire. Nec enim fœtus  
 idoneo alimento ab hepate tracto nutritur,  
 vt tandem decedat: nec uterus vt abortus  
 tandem, vrgente aquarum copia, sequatur.  
 Si ergò noxa magna fuerit, vel prima quoque  
 vice matrem & infantem tollit. Sin minor,  
 fœtui tamen semper periculosa & fatalis, ab-  
 ortiens mater nonnunquam eoadit. Sin v.  
 reteres solum prostrata facultate laboret, ie-  
 cori licet per consensum communicato non-  
 nihil errore, evadere potest fœtus, attracto  
 salubri sanguine: abortus etiam præcaueri, ro-  
 borato vtero, & legitimis remedii ad suam  
 temperiem reducto: vt quam collegit serosam  
 aquam, ad iustum parturitionis tempus validè  
 ret ineat, tandemque sine fœtus vel matris no-  
 xa excludat.

Ergò quòd tam feliciter coniugi tuæ pe-  
 riculosus admodum affectus cesserit, vtero  
 læ so,